

Oficio Guarema = 28 de Junho 1845



W.

Dissertatio Inauguralis.

Argumentum.

Quae diagnosis et carcinomatis natura?

Quae inde sua rationalis therapēia?



Magna opera, quam huic rei amplissimus Facultatis Medicinae Senatus praestitit, eam ad Inauguralem Dissertationem, ipsam a pueri Facultatem disceptandam, predebens, materiae pondus ac difficultatem satis superque demonstrat.

Quid revera difficultius quam cancri characteres praefinire? Quid praesenti de eius natura cogitabitur? Quomodo sic rationalis constituitur therapēia? Molestissimum quidem munus impositum vobis fuit, coacti autem id adgredimur; hinc necessaria veniet nobis indulgentia.

Petere medici verbo carcinoma / καρκινωμα a καρκινος utebantur, seu quia tumorum canerosorum forma canero / καρκινος similis esset, seu quod hunc morbum cum animali, testa devoranti, comparabant. Alios apud medicos carcinoma diversum ejus verbo caner tributi intellectum habet, id enim generalem, illud localem, dissimilisque naturae, morbum designat, qui

qui tamen, progrediente aetate, in cancerum
degenerare potest. Huius autem discriminis ra-
tio a fundamento debilitata censetur, praesenti
que idem ea verba significant; idoque tum ety-
mologia, tum praeterea hac animadversione duo-
bus his verbis ullo sine defectu uti potest.

Primis ab acribus cum speciei cogno-
vere morbum, etsi de eo idem, quod praesenti,
non sentiant, eumque exterriorum in morbo-
rum numerum referrent: nam ad mamma-
rum tumores significandos verbo cancer per-
saepie utebantur, veteribus tamen in Libris des-
criptiones inveniuntur, parum his dissimiles,
quas novissimi Pathologistae offerunt.

Sic Hippocrates / De mulierum
morbis Lib. 3. Cap. 38 / ait: " Si uteri scirro
affecti fuerint, tum menses occultantur, tum
illorum os constrictum, neque concipit, et velut ali-
ud quid est. Quod si contigeris, tamquam sa-
pum illic esse videtur, et coet. "

Praeterea inter scirrhum et can-
crum discrimen facit, alio enim loco / De natu-
ra mulieb. Lib. 2. Cap. 20 / ait: " Et in mam-
mis tubercula dura oriuntur, quaedam ma-
jora, quaedam vero minora; haec autem
non suppurantur, sed semper duriora fiunt.
ex his deinde cancri occulti nascuntur. " Con-
suetam sententiam Hippocrates de occulto
cancro idem iudicabit; quod hodierna die
adhuc sentitur.

Celsus etiam verbo cancer uti-
tur, etsi cum gangraena et sphacelo hunc

hunc morbum confundat.

Aristoteli / De caus. et sign. Lib. 8. Cap.
3 sic dicit: " Si a phlegmone jecur non suppu-
ratur, non est absurdum, tumorem durum tem-
poris progressu in scirrhum mutari." Prae-
terea loquitur de periculis cancri ab ulceratio-
ne procedentibus.

Galenus iudicium sequentibus in
formulis invenitur: " Ex quibus igitur
scirrus tumor est praeter naturam, sensu ca-
rens, et durus, non exquisitus autem, non om-
nino quidem sine sensu est, sed aeque tamen
admodum sentit. Qui igitur sine sensu in-
curabilis est, qui vero hebetis sensus est, non
quidem insanabilis est, tamen non facilis
curatur." Alibi quoque addit: " At ubi magna
quidem omnia sunt, nemo de appellatio-
ne ambigit, sed nominant uno assensu
omnes de jussimodi affectum, cancerum. Qu-
cum autem adhuc incipit, nihil miri est,
si vultus lateat, non secus profecto quam
stirpes, quae e terra jam exeunt: nam haec
quoque peritis tantum agricolis agnoscun-
tur.

Archigenes inter occultum, et mani-
festum cancerum discrimen facit.

Aetius pulchram symptomatum
canceris descriptionem facit: de tatum tumo-
rum irregularitate, de eorum radicibus, va-
ricoso statu, torporum consistentia, dolo-
ribus lancinantibus, usque ad claviculam
et scapulam proficiscentibus, consecutaque

consecutaque vicinarum glandularum plenitudine loquitur.

Denique in Paulo ab Aegina, Rharus, Qui Chauliac, aliis que in Auctoribus documenta inveniuntur, ex quibus constat, hunc eis morbum magis minusve notum fuisse, etsi cum aliis tum morbis, nempe Lymphaticis indurationibus, chronicis inflammationibus, atque gangraena, saepe confunderent. Nec non et animadvertitur, omnes eorum Medicorum et Chirurgorum observationes symptomatice in partem solum versari, quod huius morbi historiae primam constitutionem epocham potest, quae in Fernete finit, ubi secundam initium ponitur, quoniam ab eo usque alio sub aspectu videri incipit.

De vera Fernete sola in symptomatum observatione haud mansit, rationem enim, quam cum anatomica parte habebant, ex qua penderent, invenire aggressus est. Sic voluit scirrhum invenire "Spissam ex materia compositum, in testa percolatam, in hisque ita durascente vis ut curaretur." Aut ex male curato erysipelate, vel phlegmone talis evasit, ut quum ejus materia immodice refrigeratur, et abstringitur, aut diaphoreticis dissoluta tenui Portione crassior subsistet, ac manet." Sicut hepar, aut post icteritiam scirrhosum efficitur, propter bilis spissationem, itidem aliarum partium corporis cancer similiter oriri potest." Huius continens causa est bilis atra sanguine fervidus: saepe et suppressis mensibus aut haemorrhoidibus, non nunquam ex quar-

quartana febre commutatus, et coet.

Palomcardi iudicat, glandulare testem unam esse canceri sedem, in idque vitiosum percolari sanguinem, inflammationem, et post eam Cancrum, et ulcerationem evolvi.

Hermannus Boerhaave, scirrhum ad explicandum, etiam fugit ad retentionem in glandulis ac folliculis liquorum, quos haec organa segregant, qui statim coagulantur, spissantur, in testis que stagnantur. Simul ac scirrhus efficitur, inflammatio eum invadere, et in cancerum mutari occultum, ulcus et carcinoma potest.

Pater, Proxetii sententia, primus fuit, qui cancerum cerebriformem descripsit. Sporagani accuratissimas scirrhorum, et tumorum encephaloidorum descriptiones jam offert; postremi autem saeculi fine praecipua Anatomiae Pathologicae canceri aspersare opera; hic tertius incipit epocha, utilissima ad cognitionem productorum, quae hodierna die materiam morbi, cui studium impertimus, partem constituisse iudicatur.

Haec epocha Spekel, Corvisart, et Bichat opera praecipue solita sunt. Laennec autem, et Bouile, quos postea multi alii sequuti sunt Medici, ob accuratissimam diligentiam, qua rem perscrutati sunt, scientiae maxime profuerunt.

P. Diversis e divisionibus, in quas anor-
malia producta, in aeconomia inventa, sunt
tributa, duae sunt, cum materia, de qua a-
gitur, omnem rationem habentes: altera
productorum accidentalium, aliquot natu-
ralium imitantium, nempe cartilaginem,
fibrosum, osseum, et cœt; altera ipsorum
accidentalium productorum, quae cum ali-
quot naturalium, iam cognitorum compa-
rari non possent; eamque ad classem scir-
rhos, et encephaloide pertinet.

Incessu, progressu, evolutione, ac
desorganisatione horum productorum per-
petua, Laennec varios praefinit periodos,
mutationibus, quas ferebant, consentaneas,
primam cruditatis, secundam mollietati
appellavit, cui desorganisatio, seu elimi-
natio succedit.

Et quoniam hodierna die om-
nes Pathologistae scirrhum et encephalo-
ide producta una anatomicae canceri par-
tis elementa putant, his idcirco nostram
narrabimus operam.

Scirrhus, et encephaloide / alios
juxta Auctores diversi ipsius producti
gradus, juxta alios producta diversa /
separatim sunt descripta. Quin de
identitate, seu discrimine, etsi eadem res
sint, Braxet sequendo, has tam diversas
canceri terminationes separatim describere
potius judicamus.

Scirrhus omnibus suis mu-

mutationibus cognoscitur, maxime compositus duobus elementis: altero fibroso, seu talem cellularem subalbida simulando, admodum resistenti, densato, varias offerente dispositiones nunc radiatam (set tunc diversas induit formas), nunc favis similem, nunc elementum irregularem, cum secundo elemento diversarum dimensionum lobos et lobulos constituentem; altero composito quadam e materia homogenea, ^{cineracea} magis, minusve pellucida, cartilaginea, sive corii lardi consistenciae, quod inter primi elementi fibras continetur, plusque est habita ratione ad alterum.

Longiori morbificae evolutionis periodo secundum elementum operit, ita ut dicatur, primum; unde venit, productum quoddam e textu, cartilagineo simili, texturaeque uniformis, compositum videri.

Primum scirrhum ex duobus elementis descriptis praecipue componi; non minus tamen sit, qui sanguinea vasa tertium constituere vult, idem enim in encephaloido accidit. Hi quidem, qui duorum productorum identitatem defendunt, vasa, praesertim cruditatis periodo, interdum non ~~reperiuntur~~ reperiuntur in scirrho confitentur, solusque Despuch asservit, ab externa ad internam tumoris partem, usque ad trium linearum extensionem, iniectionem Misissae. Ergitur duorum elementorum copulatio, quorum secundum inter primi intervallo continetur

continetur, proprietatibus dictis, scirrhum
prima periodo, seu cruditatis constituit, quae
se mensis, et annos, et usque ad mortem aegroti,
alio morbo e mundo rapto, manere
potest, quin ad secundam, seu molli-
tici, de qua nunc loquimur, transeat.

Quaedam epocha materia pel-
lucida, in substantiae opacae cellulis con-
tenta, mollis ac pulposa fit, juris gelati ca-
racteres sibi vindicans.

Cancer occultus nuncupatur
scirrhii mollicies, qui tumescit, vegetatio-
nesque offert ad instar mammillarum, fis-
suris magis, minusve profundis disjunc-
tarum. Facta pelle, tumorem induen-
ti, fluctuatio invenitur diversa ejus, quae
in abscessu datur. Tunc etiam vi-
detur, tumorem partibus eum circum-
dantibus adhaerere, et tegumentum va-
cum usque ad illud tempus totum con-
tinuum effici. Hinc organum, ubi
scirrhus evoluitur, ejusdem desorganisa-
tionis participat, nunc inter scirrhosam
massam haptam solum invenitur.
Hinc voluminis augmentum in eodem
organo, quod Pecarnier incurgitatio-
nem hypertrophicam vocat, nunc in-
nutio est, omniaque organica elemen-
ta densari videntur, quam incurgita-
tionem Pecarnier atrophicam nuncu-
pat. Hujus periodi tempus vari-
um etiam est, progredienti aetate in
ulcus desinit, cujus labia praerupta fo-
ras versantur. Ejus superficies cinerea

cineracea, ex eoque oriuntur spongiosae fungo-
saeque partes coloris rubri lividi, nunc siccæ,
nunc humorem saniosum, et ichorosum,
foetidum, et acrem stillantes. Vegetationes
magnâ continent vasorum capillariorum
quantitatem, et sanguis, quem minimo
contactu exhalat, vitiosus semper est:
haemorrhagiae autem rarissimae, et liqu-
or parum abundans. Cum ulceris scir-
rhosi superficies digito palpatur, in par-
tibus subsistentibus non molles inaequ-
alitates, ac durities sentiuntur. Inter
scirrhosam ulceris fundum adhuc cru-
dum, et fungositates jam dictas, secun-
dum Troyseau, et Le Blanc, quoddam
est stratum carnosum, friabile, quod
ungula facile scinditur. Alberthi
Aversis e factis deduxit, pellem, scirrho-
sos tumores induentem, ulcerari, antequ-
am magnum accipiant volumen.

Cum encephaloide observatur
in perfectae evolutionis statu videtur in
eo esse distincta elementa: A. retam cel-
lularem fibrosam, maculas et cellulas cons-
tituentem, in quibus continetur, B. mate-
riam magis minusve densam, opacam,
et homogeneam, C. quoddam vasculare sep-
ternat abundans, quod facile percipitur,
interdumque sanguinem effusum, seu
percolatum existens in cellulis, aut ma-
culis. Graditatis periodo constituitur
substantia magis minusve pellucida,
densa, lardi simili, in lobos et lobulos
divisa, disjunctos quoddam tecto cellu-
lari albo molli, interdum admodum

admodum denso. Ex quo cernitur, ea epo-
cha minime simile esse substantiae, qua-
cum a Rammec comparatum fuit, unde no-
men deducit.

Quod ejus ad periodi tempus at-
tinet, eadem est varietas, ac in scirrho; etiam
ei succedit mollitiei periodus; in ea Anato-
miae Pathologicae observationes potissimum
versatae sunt. Tunc eadem ac sequentes,
elementa inveniuntur, hoc solo discrimine,
scilicet: numerosiora sunt vasa sanguinea,
secundumque elementum mollit^{is}, etiam
que diffidens, longiori mollitiei epocha.
Secta eo tempore quaedam encephaloidis
parte, quibus comparatur cum cerebrali
massa, ostendit enim pulpam fere ho-
mogeneam, coloris lactei, punctis magis
mollit^{is}, et vascularibus roseis. Etiam
nonnulli nigri observantur, sanguine
constituti, se vasibus manante. Minor
ejus massae, quam cerebri, consistentia est.
Vasculare systema, cupiosius in punctis
magis mollit^{is}, arteriis praecipue constitui-
t^{is}, et secundum Bernardi observatio-
nes, a Decamier confirmatas, vix inveni-
untur venae in cellulosa trama encephaloi-
de circumdanti. Quisquis sit hujus phaen-
omeni causa; quod non nemo explicat per
minorem resistentiam, quam venosae pa-
ietes destructioni ac propagationi producti
morbifici opponunt, satis constat, haemor-
ragibus arteriatis characteribus semper
sanguinem offerre. Androt^{is} iudicat
privatam encephaloidis circulationem a
generali pendere, ac dicit, saepe observari

observari continuitatem vasorum generalis
circulationis cum vasibus producti, et cum
ista non videtur, hoc oriri ab eorum confusio-
ne cum ipsius producti textis. Pecannier
autem, et Cruveilhier huic sententiae ad-
versantur; primus enim ait, saepe vidisse
evolvi vasa, quae a generali circulatione pen-
derent, praesertim tempore, quo materia mol-
liri incipit, secundus asserit, invenisse vasa
in recti cancro, nullam habentia connexio-
nem cum generali circulatione. Haec ob-
servatio, si accurata si est, cancerum quodam-
modo quodammodo vitam nulli abnupto ostendit.

Materia, secundum constitu-
ens elementum, omnino disjungi potest a
cellulari trama, Cruveilhier sententia,
pro mollitiei progressus statu. Haec pe-
riodes persaepe multo magis brevis est
prima, etiam habita ratione ad scirrho-
sam mollitiem. Postea ulcerationis
status sequitur, videtur autem hic nec sem-
per esse adhaerentiam texti morbifici tegu-
mento, ut in scirrho observatum est. Tub-
erculis characteres iidem sunt jam dicti, vix ali-
quod in humore discrimen est, qui copi-
osior, et haemorrhagiae crebriores, et majo-
res.

Encephaloide materia cystide
obducta, seu extra cystidem, vel percolata va-
ria in organa, offerri potest.

Quoniam per descriptiones en-
cephaloide ac scirrhos cognita jam sunt,
nunc de eorum identitate, aut discrimi-
ne agi fas est. In cruditate statu nul-

nulla nobis se offerunt argumenta, quibus
discrimen probetur; non sic perfectae in
evolutionis aetate, nonnulla enim pro discrimi-
nate stant, etsi adeo valida non sint, ut gra-
ves objectiones eis opponi nequeant.

Scirrhi testem hardi testis simi-
le, fibrosis radiis albidis, encephaloide abbi-
rosi, rubris punctis, interdumque nigris res-
persum; teste continet arteriale admodum
manifestum, eoque clarius, quo mollities
probaretur, effusiones morbida in testis
sunt, et ulcus haemorrhagias copiosas
praebet, dum sanguinea vasa, et haem-
orrhagiae, et effusiones interstitiales, in
scirrho absunt.

Haec quidem sunt praecipua
discrimina morbi sedi conjuncta; omnia
enim organa in encephaloide ejus sedes es-
se possunt, ut observatores asserunt,
in scirrho autem non omnia; parvi mo-
menti alia sunt, scilicet densitatis dif-
ferentia, aegrotorum aetas, morbi incessus,
et coet. in omnibus his quidquid vari-
um, quod solidum argumentum hanc
suspectat.

Nonnulli Pathologistae ju-
dicantes, alia esse producta, scirrhi et encephaloide
diversa, secum ulcerationem,
et curationi resistantiam ducentia, ea po-
sunt in anatomica scirrhi parte, quo-
rum ad numerum pertinet melanosis
concreta melanati nomine. Praecario cum
adhuc talium esse judicat, si vero animadver-

anima dexterius hoc productum, cum a typo
proprie canceroso disjungitur, eisdem non
gaudere proprietatibus, ac ille, ea rejicitur
sententia, hincumque ut complicatio admit-
tatur. In sarcomate carcinomatoso, ac ma-
dullari Abernetii, in prima trama scirro-
sa, in secundo encephaloide inventum est, ob-
servatio que demonstravit, varia data esse
nomine productis natura eisdem. Prestat
autem materia colloidea, quae consistit qua-
dam in areolari trama impleta quadam
javis gelati specie, nonnumquam reduci po-
tuit ad scirrhum et encephaloide, etsi non
nulli eam a primo pendere censent. Im-
manes inventae sunt massae, quin ali-
quod scirchi vestigium offerrent, ideo ad-
huc dubitatur, an, ut aliquo pendant, an
tertium productum cancerosum constitu-
ant.

Cognitio anatomica, seu mate-
riali morbi parte, naturaliter decimur ad
quaestionem diagnosis, quae nisi debet ut
per phaenomena, quae a constitutione,
evolutione, ac eliminatione productorum
jam cognitorum oriuntur.

Ad canceri diagnosis efficien-
dam quaedam sequitur Andral ordinem
admodum rationalem, et accommodatissi-
mum varia ad aestimanda phaenomena,
quae in organismo dantur, ubi sunt pro-
ducta, de quibus agitur. Primumque
symptomatum series constituit. prima
omnis comprehendit, quae ab uno facto e-
volutionis morbi producti in typo vivo pen-

pendent; secunda variis comprehensibilibus pathologicis status, quorum ipsum morbum alius productum, sedes fieri potest inflammatione, congestio, et coct.; in tertia abitur de organorum statu morbidum productum circumdantium; in quarta aqiter de eliminationis et cachexiae tempore; in quinta demum de ulceratione ac partium disorganisatione.

Hoc ordine accommodato, promatur querendum esse tumorem cancerosum sub oculos, et tactum cadentem, eaque tempestate, qua primae seriei symptomata cognosci vix possunt. Una signa, quae tunc apparent sunt: tumor durus, circumscriptus, aequabilis mobilis, pelli haud adhaerens, massarum cysticulae obductarum elasticitatem non offerens, sine pellis coloris mutatione. Tumor nunc parum, nunc nihil dolet, solum ponderis ac tensionis sensum efficit; multos per annos indolens, et quin augetur, manere potest. Saepissimae eius incrementum continuatum, interdum a regula alienum.

Coram descriptione adeo nitida, videtur nihil facilius quam scirrhum in hoc statu cognoscere: supra autem diximus, ipsa haec symptomata a Cruvillier tumores fibrosos tribui quadam in memoria Regiae Medicinae Academiae Parisiensi oblata anno millesimo octingentesimo quadragesimo tertio. Cum cancer sua in evolutione progreditur, nodosus, superficie inaequalis, quod phaenomenum

phaenomenum ut characteristicum fuit da-
tum. Cum evolutione apparent venae
in concri superficie, qui vicinas partes colo-
ritur, tetam cellularem, glandulas, ad ubi-
mumque ambientibus partibus adhaeret;
haec tamen regula nonnullas habet excep-
tiones. Annonadvertendum est, morbum
nec semper comitari tumefactione, contra,
secundum Treccanier, volumem, interdum
emminuit. Cum dolores in periodo jam
descripto aliquoties absint, in eo vehemen-
tiores ac lancinantes fiunt, sua in pro-
ductione normam certam haud sequen-
tes, apparent enim sine causa cognita,
per pressionem, quae interdum eas non
sufficit. variis denum atmosphaerae sta-
tibus respondent. Progreidente morbi
aetate, tumor suam mittit consistenti-
am. Mollities, quae interdum cum fluctu-
atione confunditur, veterem duritiem subs-
tituit. Dolores magis magisque acutae
fiunt, nunc lancinantes, nunc instantaneae,
rae, rorae, et coct. secundae seriei Andra-
lis symptomata denum apparent.
Tunc vicinae partes morbificae influen-
tiae participes fiunt, lymphaticae glandu-
lae, quae cum parte affecta rationem
habent, inurgitur, ac dolent, praeter
haec alia ostenduntur symptomata pro
organo, ubi cancer evoluitur. Quodam tran-
sacto tempore, quod minime praefiniri po-
test, cachexiae cancerosa venit, patefacta per
maem, pallidum patuae colorem, terri-
am, solidam, generatim omnia organicae
laesionis symptomata, et vix non adverten-
dum est, hoc in morbo, febrem verissime ap-

apparere, nunc paucis ante mortem diebus,
nunc nec ostendi.

Ad morbi descriptionem consequen-
mandam, adjiciemus, hoc tempore, interdumque
ante illud, Cancerosum fieri ulcus, supra jam
descriptum, quod, cum magnas habeat dimen-
siones, ichorem foetidum assidue exhalat; per-
sequitur, et etiam augetur diversarum fun-
ctionum perturbatio; pellis friabilis, carnes
molles, et flaccidae, facies tumida, oculi la-
crymantes, pupilla dilatata, carunculae la-
crymales pallidae, et tumidae fiunt. Exa-
cerbationes vespere, seu nocte observantur in
febri, quae interdum erraticae, sine frigore,
pellis ardens, calor siccus, et acer, et coctus jam
conicitur, in cancro sub tactus sensum cadenti
signa visu cognita dari, et in cancro sub vi-
sus et tactus sensum cadenti, solum phaenome-
na generalia apparere, ideoque eorum des-
criptionem hic finimus.

Si in quoque symptomatum
accuratissimum fecerimus examen, facile no-
bis est demonstrare, nullum illorum canceri
characteristicum judicari debere. Tumor factio,
nodosaque forma in tumoribus admodum
diversae naturae, interdum in tumoribus fi-
brosis, exempli gratia, etiamque in chronicis
indurationibus, maxime glandularis sys-
tematis, inveniuntur; dolores lancinantes in-
veniri etiam possunt alios in tumoribus, pro
eorum situ, ac positione, quae rationem ha-
beat nonnullis cum filamento nervoso, quod
comprimere, seu quovis alio modo afficere
possunt. Septis adhaerentia omnibus in

in morbi periodicis non datur, et cancri sunt,
ubi nunquam fit. Hoc ratiocinando mo-
do ita morbum decomponemus, ut nullum
fuerit characteristicum symptoma. Verum
autem est, hunc non esse meliorem proces-
sum, et hac arte morbi admodum cogniti
deformari possunt, ideoque jure ac merito
Pathologicae commendantur, unum, seu qu-
odvis symptoma separatim sumptum, mor-
bum haud constituit, sed multa conju-
ctim accepta; huic autem operam
non debemus, nam infra videbimus, cum
nonnulli Pathologicae cancrum saepe a for-
tiori discriminare vellet, eos fluctuare, et
tunc ad alicujus constantioris symptomatis
existentiam recurrere, et simul ac fuerit
probatum, hoc symptoma cognoscere mor-
bum non docere, ut ejus characteristicum
minime judicari debet.

Symptomata autem conju-
ctim sumuntur, et videamus, an his can-
cri diagnosis fieri potest.

Practantissima nobis methodus
cancrum comparare cum morbis ei magis
similibus symptomatologico sub aspectu.
De tumoribus fibrosis in Praegia Medici-
nae Academiae Parisiensi actum est, ut
supra jam diximus, an statui possent ca-
racteres differentiales inter eos et cancrum;
frustra res agitata fuit, nam, impossibile
esse eos distinguere morbos, ubi delibera-
tum est, quia plurimum enim Operatores
insignissimi tunc dixere, saepe judicare
cancrum ex terfere, et fibrosam, seu alium

alium tumorem inveniri, et, vice versa, judi-
cantibus tumores benignos curare, tempus
cancerum patefaciebant. Bonelli autem
dicunt: fibrosi tumores sunt quaedam
densissima tetae cellularis trama, ita ut
textum fibrosum testi erectilis aliquid in-
terdum habet; dum in scirrho alia organi-
ca trama invenitur. De parte anatomica ita
esse convenimus; dubium autem est, an symp-
tomata illorum cum ejus symptomatibus
confundi non possint. Quod aliorum
symptomatum similitudinem negare ne-
queunt, ad lancinantes dolores, sicut scirrho
proprios, recurrunt; cum autem lancinantes
dolores nec semper scirrhum comitantur, praeterea
quoque aliquando in fibrosis tumoribus pro-
corum sita esse possunt, sequitur non esse
characterem discriminatorem; ideoque anatomi-
ca in parte solum mihi fas est.

Chronica induratio alius mor-
bificus status est, cujus characteres ad eos com-
mi maxime accedunt. Perpendantur symp-
tomata ac differentiales ejus characteres. Quae-
dam cum organa, glandulae mammae,
testes, uterus, et colli, scirrho, seu chronica in-
flammatione afficiuntur, omnes jam confiten-
tur, impossibilem esse distinctionem, non
nempe etiam conatur, cancerum esse septem-
siorem hujus secundi morbi gradum; aliis
vero in circumstantiis dicitur; in induratio-
ne per chronicam inflammationem teta ele-
mentaria, organum componentia, facile in-
veniuntur, quod dispositionem admodum
similem ei, quam in sano statu offerebat,
adhuc servat; injectio sanguinea ibi notabili

notabilior, quam in scirrho, vicinisque in testis
adhuc recentis congestionis vestigia apparent;
densitas minor, superficies minus nodosa, ac
dura. Scirrho affectus in omnibus ejus parti-
bus idem. inflammata testis coloforta, lobula-
tamque scirrho texturam jam non habebit;
cum mollescent suppurationis productum
in dissimulata puncta, seu focum in unam
colligetur, nihil vero ibi invenitur materiae ce-
rebriformi analogum; praeterca, etsi mollita,
organisata manent, partes, textum, chroni-
co modo inflammatum circumstantes, ma-
gis friabiles, injectatae, ingurgitatae flui-
dis; separatio inter testis inflammata et
sanis facite operatur. Contrarium in scir-
rhosis testis fit

Cernitur igitur ex eo, quod di-
ximus, eo in statu, in quo discrimen inter scir-
rhum et chronicam indurationem facilius, alia
esse producta, quae eum simulare possunt,
et alia in casibus, characterum partem in ma-
joris minoris-ve densitatis differentia con-
sistere. Cancer nec semper cystide obdu-
ctus, interdum in diffusis massis offertur,
et alias sub his duobus statibus confutatur, et
quod etiam mirabilius, secum ducere po-
test eo, quod existit, quodam in testis, inflam-
mationem, ipsamque indurationem chroni-
cam. Insuper in hac nec semper est colora-
tio, quae notatur, et character fluctuationis
diversis in punctis, seu uno in foco simula-
re potest molliem cerebriformem, quae e-
tiam operatur in puncto, seu in diversis, at
quae si quodam in abscessu, saepe dubita-
mus, an operanda sit punctio, etsi admodum

admodum verisimile saepe sit, pus constitui,
cur non confitendum, difficile esse discrimen
duas inter materias, quae solum majori
minorive consistentia differunt, ad quos
aestimandas solus tactus superest!

Eaedem, etiamque graviores con-
siderationes aliis, praesertim generalibus,
morbis adhiberi possent, ut Tuberculis stru-
mosis, et cast; opportunum in loco ostendemus
veras diagnosis difficultates, quae aequaliter
esse possunt in cancro ulcerato, qui aliis cum
ulceribus diversae naturae comparatus idem
offert effectum, tum aspectu, tum praero-
gativa tendendi ad augmentum omnibus
sive sensibus, ut Audouin animadvertit, cu-
jus verba infra referemus.

Si ita accidit in cancro sub-
visus et tactus sensum cadenti, praeterea que-
sito super organa maximum sympto-
matum numerum ostendentia, quomodo
fiat canceri diagnosis diversis in conditioni-
bus, cum tubercinantes dolores desunt, uti
saepe in hepate, ac pulmone fit? Gene-
ralia per symptomata? Minime qui-
dem. Quomodo canceri diagnosis fiat in
mesenterio quomodo a chronica ganglionum
lymphaticorum induratione eum discrimi-
nabimus? Generalia per symptomata
minime quidem, cancerosa cum cache-
xia haud differt a tuberculosa, a degenera-
tionibus, in quibus postquam oras labor
praecipuus motor est, et coet. Etsi ad pal-
lidam colorem facie pulvis, colorem ter-
ream, ac sordidam, ejus friabilitatem, ad

ad febris ethicae varietates recurrunt, haec omnia
facile scribuntur, difficile autem dignoscuntur,
eaque signa diversis in morbis dari possunt,
quod Tommino confirmatur pathologica anatomi-
mia, quae caneros ostendit, ubi nemo eorum
existentiam suspiciebat, et vice versa, infelici
quodam fato frequentia sunt exempla ejus
generis ab Auctoribus relatata.

Ex eo, quod diximus, concludi-
tur, symptomaticam partem haud satis esse
ad caneri characteres stabilandos.

Canorum Andral vocat ter-
minationem multorum statuum morbifico-
rum per destructionem partis, et constitutio-
nem cujusdam ulceris ad augmentum om-
nibus in sensibus tendentis. Hic videndi mo-
dus rejiciendus, nam sola cujusvis morbi termi-
natio ejus characteres ponere acquirit, ipsisque An-
dral's verbis utentes dicimus, si in istis morbis, qui
sic terminari possunt, anatomica laesio, sympto-
mata, et morbificus labor, diversa sunt, sed ille
confitetur, haud consentaneum rationi esse eos
eodem nominare modo, quod identitatem os-
tendit, etsi maxime sint discrimina, et ra-
tione inversa, quae otam phlegmasia
exempli gratia disivit, quod eodem modo
terminavit. Quamobrem, Andralis sen-
tentia, diversi colliguntur morbi, disjun-
guntur quae alii, qui natura iidem sunt.

